

OPERA MORALIA

S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO

DOCTORIS ECCLESIAE

III.

OPERA MORALIA
SANCTI ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO
DOCTORIS ECCLESIAE

III.

THEOLOGIA MORALIS

EDITIO NOVA

CUM ANTIQUIS EDITIONIBUS DILIGENTER COLLATA
IN SINGULIS AUCTORUM ALLEGATIONIBUS RECOGNITA
NOTISQUE CRITICIS ET COMMENTARIIS ILLUSTRATA

CURA ET STUDIO

P. LEONARDI GAUDÉ

E CONGREGATIONE SANCTISSIMI REDEMPTORIS

TOMUS TERTIUS

COMPLECTENS

TRACTATUS DE SACRAMENTIS IN GENERE,
DE BAPTISMO ET CONFIRMATIONE, DE EUCHARISTIA, DE POENITENTIA,
DE EXTREMA UNCTIONE ET ORDINE

ROMAE
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MDCCCCIX

*Editio photomechanica
Sumpitus CesR. 1953*

APPROBATIO

Libentissime annuimus ut operis inscripti: „*Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio Doctoris Ecclesiae Theologiae Moralis, editio nova, cum antiquis editionibus diligenter collata, in singulis auctorum allegationibus recognita notisque criticis et commentariis illustrata, cura et studio P. Leonardi Gaudé e Congregatione Sanctissimi Redemptoris*“ fiat redditio arte photomechanica.

Romae, ad S. Alfonsi, die 5 maii 1953.

LEONARDUS BUYS
Congregationis Ssmi Redemptoris
Superior Generalis et Rector Maior

LIBER SEXTUS DE SACRAMENTIS.

« *Habebit hic Liber Tractatus sex: 1. Agetur de Sacramentis in genere. — 2. De Baptismo et Confirmatione. — 3. De Eucharistia. — 4. De Poenitentia. — 5. De Extrema Unctione et Ordine. — 6. De Matrimonio* ».

Nr. 3287.

IMPRIMATVR:
Curia episc. Seccovien.

Graecii, die 23 Junii 1953.

† FERDINANDUS

TRACTATUS PRIMUS

DE SACRAMENTIS IN GENERE

CAPUT I.

De Natura Sacramenti Novae Legis.

DUBIUM I.

Quid sit Sacramentum.

1. *Quomodo definiatur sacramentum. Et quae requirantur ad essentiam sacramenti.* —
2. Alia communior definitio sacramenti. — 3. An fuerint vera sacramenta sacrificia, figurae et sacramenta veteris legis. — 4. Quid notandum de circumcisione. — 5. Quae alia excludantur a ratione sacramenti. — 6. Plura notanda circa sacramenta. Et quotupliciter sacramenta distinguantur. — 7. An sacramenta causent gratiam physice, vel moraliter.

Sacramen-
tum, quid.

1. — « Resp. Est res sensibilis quae ex stabili institutione Christi vim habet sanctitatis, sive gratiae justificantis efficientiae, et per consequens significandae.

« Unde resolves:

« 1º. Ad essentiam sacramenti requiri tria: 1º. Ut sit signum stabile. 2º. Ut significet veram sanctitatem. 3º. Ut eamdem efficiat ex opere operato, id est usus suo et applicatione, per propriam efficaciam; et non ex opere operantis, sive per actum aut dispositionem ministrantis vel suscipientis: quae, etsi ad effectum sacramenti requiratur, non tamen ut causa, sed ut conditio sine qua non ».

2. — Magis mihi arridet communior definitio, quam tradunt alii de sacramento: *Est signum sensibile, sacrum, permanens interioris gratiae, institutum a Christo ad nostram sanctificationem.* — Et haec definitio magis congruit Tridentino¹, ubi sacramentum sic definitur: *Symbolum rei sacrae, et invisibilis gratiae visibilis forma.*

Dicitur *symbolum* sive *signum*, quia hoc essentialiter pertinet ad sacramen-

tum, ut sit signum nobis denotans gratiam sanctificantem animam. — *Sensibile*, id est sensibus patens. — *Sacrum*, id est cum actu religioso. — *Permanens*, quamdiu durat nostra religio. — *Interioris gratiae*, quia hoc est essentiale omni sacramento, gratiam significare. — *Institutum*, quia, cum sacramentum sit signum arbitriatum, non posset sanctificationem efficere neque significare, nisi ex institutione divina. — *A Christo*: 1º ad differentiam sacramentalium, ut est usus aquae benedictae, panis benedicti, etc.; quae non a Deo, sed ab Ecclesia instituta sunt, et vi orationum *Ecclesiae* excitant pios motus in anima, quibus movetur Deus ad postea peccata remittenda. — Dicitur 2º *a Christo*: quia, licet Habert dicat sacramenta tantum a Deo principaliter esse instituta, non autem a Christo ut homine, nisi tamquam a causa morali et instrumentalis, cum solus Deus potuerit sacramentis vim sanctificandi tribuere; attamen melius dicunt Salmant.² et Viva³ cum aliis, quod Christus etiam qua homo instituit sacramenta potestate *excellentiae*,

¹ Sess. 13, de Euchar., cap. 3. — *Habert*, de Sacram. in gen., cap. 8, qu. 1. — ² Tr. 1, de Sacram. in gen., art. 4, n. 1.

cap. 3, num. 19 et 25, — ³ De Sacram. in gen., qu. 1, art. 4, n. 1.

ipsi collata ratione unionis cum Verbo. Et hujus sententiae est etiam D. Thomas¹, ubi ait: *Instituere novum sacramentum pertinet ad potestatem excellentiae quae competit soli Christo.* — Dicitur demum: *Ad nostram sanctificationem;* hoc enim etiam pertinet ad essentiam sacramenti, ut definivit Tridentinum².

3. - « 2°. A definitione talis sacramenti excludi:

« 1°. Sacrificia tam novae quam veteris legis. — Quia haec non sunt instituta ad gratiam ex opere operato conferendam (etsi nihilominus sacrificium novae legis sic eam impetrat ei pro quo offeratur, non ut sacramentum, usu suo et applicatione, sed per modum impetrationis), sed ad cultum Deo praestandum. — Coninck³.

« 2°. Figuras et sacramenta veteris legis, v. gr. circumcisionem, transitum maris rubri, agnum paschalem, varias item purificationes et consecrationes sacerdotum: tum quia a Christo non sunt instituta; tum quia veram sanctitatem non efficiebant. — Ac licet circumcisione aliquando sustulerit peccatum originale per veram gratiam; id fecit vel ex opere operantis in adultis, vel non ex opere operato simpliciter et rigorose: tum quia non continuuit gratiam, ut causa physica vel ut causa moralis (quia nondum erat exhibita Passio Christi, et meritum ex quo gratia pendebat, sed tantum ex speciali privilegio); tum quia non contulit gratiam formaliter, qua circumcisione et ex sua institutione, sed quatenus erat professio fidei, neque vi applicationis et usus sui; alioquin enim omni non ponenti obicem, et quidem praeter omne meritum contulisset: quod est falsum. — Vide Filiuccium⁴.

4. - Sed quaeritur 1°. *An circumcisione fuerit verum sacramentum?*

¹ 3 P., qu. 72, art. 1, ad 1. — ² Sess. 7, de Sacram. in gen., can. 4 et 6. — ³ Qu. 60, num. 22. — ⁴ Tr. 1, cap. 1, qu. 5 et 8. — ⁵ Contin. Tournely, de Sacram. i. g.,

Resp. Affirmative ex communi: tum quia circumcisio per se operabatur sanctitatem non internam, sed externam, sive legalem; tum quia fideles consecrabantur ad veri Dei cultum. — Ita D. Thomas^a, [Contin.] Tournely, Habert, etc.

Quaeritur 2°. *An circumcisione de se peccatum tollebat?*

Resp. Negative cum Habert, qui dicit quod tunc fideles adulti non mundabantur a peccato originali sive actuali, nisi formatam caritatem habebant. Parvuli autem mundabantur a peccato originali per actum fidei ministrantis, seu offerentis; ut docet S. Thomas^b. Quatenus (ut ait) haec fides respiciebat Christum venturum.

5. - [Neque sunt sacramenta] « 3°. Ea quae dicuntur *sacramentalia*, v. gr. benedictio abbatis, consecratio virginis; quia praecise ex usu suo et opere operato gratiam non conferunt: — uti nec actus virtutum, praeterquam quod hi sensibiles non sint.

« 4°. Lotionem pedum apostolicorum; insufflationem Christi in Apostolos, per quam Spiritum Sanctum illis dedit. — Item, verba Christi ad Magdalena et paralyticum: *Remittuntur tibi peccata;* quia non fuerunt signa instituta stabiliter ad gratiam conferendam.

« 5°. Martyrium, ob eamdem causam: esto enim ex opere operato gratiam conferat, non tamen est specialiter ad hoc institutum. — Vide scholasticos ».

6. - Plura hic adnotanda sunt. — Et

Notandum I°. Certum est et de fide sacramenta esse septem, et omnia a Christo instituta; ut definivit concilium Tridentinum^c. — Et horum alia dicuntur sacramenta mortuorum, ut Baptismus et Poenitentia, quae causant primam gratiam, et ideo etiam a peccatore suscipi possunt. Alia vivorum, ut sunt Eucharistia et alia reliqua.

Hoc tamen non obstante, etiam sacra-

cap. 1, art. 2, concl. 8, qu. 2. — ^a Habert, de Sacram. in gen., cap. 3, qu. 7 et qu. 5. — ^b Habert, loc. cit., qu. 5. — ^c Qu. 70, art. 4. — ^d Sess. 7, de Sacram. in gen., can. 1.

4. - ^a S. Thomas, 3 P., qu. 70, art. 1, ad 2, ait peccatum originale in circumcisione remissum fuisse per gratiae collationem, « non

ex virtute circumcisionis, sed ex virtute fidei Passionis Christi, cuius signum erat circumcisione ».

Circumcisio fuit verum sacramentum.

De se non tollebat peccatum.

Alia quae excluduntur a ratione sacramentorum.

Sacramenta septem, a Christo instituta.

Sacramenta mortuorum et vivorum.

Sacramenta vivorum quando primam gratiam conferant.

menta vivorum aliquando primam gratiam conferre possunt, scilicet cum quis putans non esse in statu peccati mortalis, vel existimans se contritum, accedit cum attritione ad sacramentum; ut expresse docet S. Thomas¹ de Eucharistia, ubi ait: *Potest tamen hoc sacramentum operari remissionem peccati..., etiam perceptum ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam et affectum non habet. Forte enim primo non fuit sufficienter contritus; sed devote et reverenter accedens, consequetur per hoc sacramentum gratiam caritatis, quae contritionem perficiet et remissionem peccati.* Et idem confirmat qu. 72, art. 7, ad 2; et in 4, dist. 23, qu. 1, art. 2. — Et idem communiter docent DD. de aliis sacramentis^a, ut Gonet², Concina³, Roncaglia⁴; et Salmant.⁵ cum Suarez, Toledo, Bonacina, Becano, Richardo et aliis (contra Vasquez, Lugo, Villalobos, etc.). Ratio, quia in Tridentino⁶ dicitur: *Si quis dixerit sacramenta novae legis.... gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre..., anathema sit.* Nota verbum *ponentibus obicem*; ergo qui accedit ad sacramentum vivorum cum attritione, quae excludit peccati affectum tam actualem quam habitualem, jam obicem non ponit, et ideo gratiam recipit: modo habeat votum Poenitentiae. — Id confirmatur exemplo Extremae Unctionis, qua infirmo, ut ait S. Jacobus: *Si in peccatis*

¹ 3 P., qu. 79, art. 3, corp. — ² Man., tr. 2, de Sacram. in gen., cap. 4, § 4. — ³ Lib. 1, de Sacram. in gen., cap. 8, num. 29. — ⁴ Tr. 16, de Sacram. in gen., cap. 2, qu. 3, resp. 1. — ⁵ Tr. 1, cap. 5, n. 12. — ⁶ Suarez, de Euchar., disp. 68, sect. 1, v. *Dico* 3. — ⁷ Tolet., lib. 2, cap. 29. — ⁸ Bonac., de Euch., disp. 4, qu. 4, punct. 1, n. 2; cfr. disp. 1, de Sacram. in gen., qu. 4, punct. 2, n. 2. — ⁹ Beccan., part. 5, tr. 2, cap. 22, qu. 1, concl. 2. — ¹⁰ Richard. de Medicavil., in 4, dist. 9, art. 2, qu. 1. — ¹¹ Vasq., in 3 P., disp. 205, cap. 4. — ¹² Lugo, de Euch., disp. 12, sect. 1, a n. 3. — ¹³ Villal., part. 1, tr. 4, diff. 7, n. 4. — ¹⁴ Sess. 7, de Sacram. in gen., can. 6. — ¹⁵ S. Jacob., cap. v, 15. — ¹⁶ Suppl., qu. 30, art. 1. — ¹⁷ 3 P., qu. 69, art. 10. — ¹⁸ De Baptismo, lib. 1, cap. 12, n. 18; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 43, col. 119.

gnum militum Christi, quo vim accipiunt ad fidem constanter profitandam; in Ordine est signum *ministrorum* Christi, quo potestatem acquirunt ad sacramenta fidelibus ministranda ».

b) « Character autem est (ita S. Doctor in Exam. ordinandor., n. 24) *quoddam signaculum spirituale, indeleibile, impressum animae suscipientis sacramentum.* Illud imprimitur tantum in Baptismo, Confirmatione et Ordine; et significat potestatem sive dignitatem ex hujusmodi sacramentis susceptam: in Baptismo enim est signum *ovium* Christi, quo fideles efficiuntur idonei ad alia sacramenta recipienda; in Confirmatione est si-

sit, remittentur ei; id est (ut sentit D. Thomas¹) datur robur adversus defectus relictos ex peccatis praeteritis. *Sed quia* (deinde addit S. Doctor) *hoc robur gratia facit, quae secum non compatitur peccatum; ideo ex consequenti, si inventit peccatum aliquod vel mortale vel veniale, quadrum culpam tollit ipsum: dummodo non ponatur obex ex parte recipientis.*

Notandum II°. Alia sacramenta dicuntur *transeuntia*; — *alia, characteristica*, seu characterem imprimenta, ut Baptismus, Confirmatio et Ordo: character enim est signum spirituale, per quod homo distinguitur ab aliis^b.

Notandum III°. Alia sacramenta sunt necessaria necessitate *medii* ad salutem, saltem in voto implicito, ut Baptismus et Poenitentia; alia vero, tantum necessitate *praecepti*. — An autem sacramentum Eucharistiae sit necessarium necessitate medi saltem in voto? Vide de Eucharistia, infra n. 192.

Notandum IV°. Sacra menta dicuntur *formata*, quando in suscipiente obtinent effectum suum. — *Informia* autem, quando sunt quidem valida, sed sine suo effectu, nempe si quis suscipit Baptismum sine dolore de actualibus mortalibus: recerente autem obice gratiae, sacramentum statim gratiam causat. — Hoc certum est de Baptismo, ut docent communiter S. Thomas^c, Scotus^c ex D. Augustino^d, ubi docet:

Transeuntia, characteristica.

Necessaria necessitate praecepti vel medi.

Formata et informia.

Quaenam sacramenta reviviscant.

Ut quod ante datum est, tunc valere incipiat, cum illa fictio veraci confessione recesserit. Contin. Tournely¹, Salmant.² et alii passim, contra Vasquez³. Ratio, quia Baptismus est medium necessarium ad delendum peccatum originale: sed cum non possit amplius recipi, neque actualiter neque in voto (quia votum tendit ad id quod potest recipi), ergo necesse est ut ablato obice reviviscat. — Id probabiliter extendunt [Contin.] Tournely⁴; item Paludanus, Silvester, apud Salmant.⁵, ad sacramenta Confirmationis et Ordinis, quae iterari nequeunt; et ideo suscipientes alias carerent gratia sacramentali, tam necessaria confirmatis ad fidem profitendam, et ordinatis ad sua munia digne exercenda. — Idem probabiliter extendit [Contin.] Tournely⁵ ad Matrimonium et ad Extremam Unctionem, cum S. Thoma⁶.

¹ De Sacram. in gen., cap. 2, art. 3, sect. 3, concl. 1. — ² Tr. 1, cap. 5, n. 53. — ³ De Sacram. in gen., cap. 2, art. 3, sect. 3, concl. 1. — ⁴ Palud., in 4, dist. 4, qu. 5, art. 2, v. His tribus opinionibus (n. 12). — Silvest., v. Ba-

et S. Bonaventura⁷. — Et idem dicunt Suarez⁸, Villalobos⁹, Lugo¹⁰, de Poenitentia¹¹. Negant vero de Eucharistia, contra Cajetanum¹², Gonzalez, Petrum Soto, etc., quorum sententiam etiam probabilem vocant Salmant.⁶.

Notandum V^o. Sacra menta, ultra gratiam sanctificantem animam, conferunt etiam gratiam sacramentalem, scilicet auxilia ad obtinendum finem, ob quem quolibet sacramentum fuit institutum¹³, ut S. Thomas⁷.

Notandum VI^o. Sacra menta operantur ex opere operato vi operis externi eliciti, id est virtute conjunctionis formae cum materia et applicationis utriusque ad suscipientem ex Dei institutione. Quare actus ex opere operantis, sive suscipientis sacramentum, licet caudent augmentum gratiae si homo est in gratia, non tamen

pismus IV, n. 11, qu. 17. — ⁴ Tr. 1, cap. 5, n. 67. — ⁵ Loc. cit., v. Hae rationes. — ⁶ Sotus, de Institut. sacerdot., de Baptism., lect. 4, in fine. — ⁷ Loc. cit., num. 67 et 68. — ⁸ P., qu. 62, art. 2.

sicut signo suo prius astitisset ad causandum effectum quando suscipiebatur, nisi obex adfuisse, ita « assistit etiam postea ei qui suscepit, ad causandum effectum quam cito obex tollitur ». Septimum vero peccatum, quod fictionis causa fuit, per poenitentiam tollitur, et gratia recipitur virtute poenitentiae, non autem « virtute Baptismi, quia susceptio ejus mortua fuit, et mortuus reviviscere non potest ». — Quam Scoti interpretationem probabilem existimat Vasquez, in 3 P., disp. 159, cap. 4, n. 36; « quamvis (addit) communis atque adeo satis probabilis sit interpretatio sententiae Augustini..., ut quod attinet ad culpam, quaedam peccata dicantur remitti virtute Baptismi recedente fictione, quaedam vero virtute poenitentiae, et rursus ea quae praecesserunt Baptismum et cum eo fuerint commissa, quod attinet ad poenam omnino remittantur, ita ut nulla etiam temporaria poena illorum maneat, cetera autem non imponatur ».

^{a)} S. Thomas et S. Bonaventura allegantur a Contin. Tournely pro sola Extrema Unctione; sed D. Thomas nihil de hoc habet. — S. Bonaventura, in 4, dist. 4, part. 1, art. 2, qu. 3, id forte innuit, dicens Extremam Unctionem esse secundum quid initerabilem.

^{e)} Auctores isti a Salmant. allegantur quatenus specialiter denegant soli Eucharistiae reviviscentiam; et ita sane loquuntur Suarez, loc. cit., disp. 63, sect. 8, v. Dicendum est ergo; Villalobos, part. 1, tr. 7, diff. 32;

Gratia sacramentalis.

Sacra menta operantur ex opere operato.

Quid praestent actus operantis.

Sacra menta, probabilitate causa moraliter gratiae.

Sacra mentum ut compositum physicum.

Ut compositum articulacione.

Simultas materiae et formae.

causant gratiam quae a sacramento confertur; ideo hi actus requiruntur tantum ut dispositiones ad effectum sacramenti recipiendum. — S. Thomas¹.

7. — Quaestio magna agitatur inter doctores: *An sacramenta causent gratiam instrumentaliter physice vel moraliter?*

[Contin.] Tournely², cum Vasquez et Lugo, tenent causare moraliter, id est, quia movent Deum ad gratiam physice causandam. Ratio, quia gratia de se petit produci efficienter a solo Deo, quin opus sit hic miraculum addere, scilicet quod Deus

conferat sacramentis de se gratiam causare. — Salmant.³ tamen cum Suarez, Valentia, Bellarmino, etc., tenent causare instrumentaliter physice: ita ut causae illae naturales per potentiam obedientiam eleventur ad effectum supernaturalem.

Et probant ex illo: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, etc.* Hoc enim magis decet sacramenta.

Utraque sententia est satis probabilis. — Consule scholasticos, si plura quaeris de hac quaestione; cum ipsa nostri non sit instituti.

DUBIUM II.

Quid circa Materiam et Formam Sacramentorum servandum.

8. *Quotupliciter sumatur sacramentum.* — 9. *Quae conjunctio requiratur inter formam et materiam.* — 10. *Vide resolutions.* — 11. *Quae mutatio invalidet sacramentum.* — 12. *An materiae et formae omnium sacramentorum sint a Christo in specie determinatae.*

8. — « Suppono sacramentum dupliciter sumi: 1^o. Per modum *compositi physici*, in quo res sensibilis et actio (v. gr. in Baptismo, aqua et ablutione; in Unctione, oleum et unctio) dicitur materia; et quidem oleum et aqua, materia remota; actio vero illa, materia proxima: verba autem, aut quod eorum loco ponitur (ut in matrimonio, signum consensus), dicuntur forma. — 2^o. Per modum *compositi articulacionis*: et tunc dicta materia et forma, id est res et verba, simul habent se instar materiae; significatio vero eorum, instar formae.

« Hic quaeritur de materia et forma, priore sensu ».

9. — « Resp. I^o. Ut sacramentum sit validum, debet inter materiam et formam (v. gr. inter affusionem aquae et pronuntiationem verborum) tanta esse

¹ Qu. 62, art. 1 et seqq. — ² De Sacram. in gen., cap. 3, art. 1, sect. 3, concl. 2 et 3. — ³ Vasq., disp. 132, cap. 5. — Lugo, de Sacramentis in gen., disp. 4, sect. 4, num. 35 et seqq. — ⁴ Tr. 1, cap. 2, num. 21. — ⁵ Suan., in 3 P., de Sacr., disp. 9, sect. 2, v. Dicendum est enim. — ⁶ Tr. 2, de Baptismo, cap. 3, n. 41 et 44. — ⁷ Tr. 14, de Sacrament., dist. 1, num. 27. — ⁸ Tr. 16, cap. 3, qu. 2, resp. 2.

9. — a) *Viva, de Sacram. in gen., qu. 1, art. 3, n. 3*, requirit ut materia et forma moraliter coexistentiam habeant. « Unde fit (ita prosequitur) quod in aliquibus sacramentis major

coexistentia et simultas requiratur quam in aliis; v. g. in Baptismo, Confirmatione, Extrema Unctione, etc., requiritur major simultas verborum cum rebus quam in sacramento

Probabiliter, causa physica instrumentalis.

Eucharistia requirit simultatem physicam.

non posse dubitari; cum in Rituali Romano, in administratione Baptismi sic habeatur: *Et cum ea (scilicet aqua) subtrina infusione... baptizet..., sic dicens: Ego te baptizo in nomine Patris †, fundat primo, et Filii †, fundat secundo, et Spiritus † Sancti, fundat tertio.* Ergo, cum aqua non infundatur in verbo *baptizo*, non est certe opus ut a principio materia verbis formae aptetur.

Quaeritur autem: *an in aliis sacramentis (praeter Eucharistiam, ut diximus) sufficiat simultas moralis, ita ut satis sit formam incipere statim post applicationem materiae?*

Negat Cajetanus¹, ubi loquens de Baptismo², requirit ad validitatem sacramenti quod verba inchoentur priusquam ablutio perficiatur vel e converso. Et hoc videtur indicare etiam Scotus apud Suarez².

Sed communiter affirmant Suarez³, qui sententiam Cajetani omnino refellit; Lugo⁴, qui illam improbabilem vocat; Holzmann⁵, [Contin.] Tournely⁶, Laymann⁷, Diana⁸, Antoine⁹; et Salmant.¹⁰ cum Soto, Toleto¹¹, Sá, Hurtado, Dicastillo, Henriquez, Villalobos et Granado. — Ratio, quia in composito morali, quale est sacramentum, sufficit moralis simultas. Et de hoc videtur non posse dubitari: nam, ut mox diximus de Baptismo, semper ac ablutio non fit dum actu profertur

¹ Opusc. tom. 1, tr. 26, ad 2. — *Scotus*, in 4, dist. 6, qu. 3, n. 4 (expresse loquens). — ² Disp. 2, sect. 2, v. *Hinc*. — ³ Loc. cit. — ⁴ Resp. mor., lib. 1, dub. 33. — ⁵ De Sacram., n. 9. — ⁶ De Sacram. in gen., cap. 2, art. 2, sect. 1, punct. 1, v. f. — ⁷ Lib. 5, tr. 1, cap. 4, n. 3; et tr. 2, cap. 7, qu. 3. — ⁸ Part. 3, tr. 4, resol. 6. — ⁹ De Sacram. in gen., cap. 1, qu. 3. — ¹⁰ Tr. 2, cap. 3, n. 44. — *Sotos*, in 4, dist. 3, qu. unic., art. 8, v. *Quando autem*. — *Sá*, v. *Baptismus*, n. 4. — *Gaspar Hurtad.*, de Bapt., disp. 2,

Poenitentiae..., quia in morali aestimatione verba non censentur cadere supra materiam in Baptismo, nisi quadantenus coexistant; non enim vere dicitur abluere, qui non abluit dum verba profert».

^{b)} Et idem tenet de Ordine, in quo requirit « corporalem contactum fieri cum prolatione verborum, in quibus consistit forma, simul tempore in toto vel in parte».

^{c)} Toletus a Salmant. ex Granado ita profecto citatur; sed revera potius tenet sententiam Cajetani et Scoti: « Est autem in omni forma, inquit lib. 2, cap. 19, n. 1, observandum, ut simul sit cum ipsa materia. Nec

verbum *baptizo*, ablutio non verificatur nisi per unionem moralem: haec autem unio tam erit moralis, si fiat ablutio immediate antequam forma absolvatur, quam si fiat immediate post.

Haec tamen unio diversa esse debet pro diversitate sacramentorum; ut recte dicunt Suarez¹¹, [Contin.] Tournely¹² et Antoine¹³. — Major enim unio certe requiritur in Baptismo, ubi mora unius *Pater noster*^{d)} invalidaret sacramentum; ut bene ajunt [Contin.] Tournely et Diana¹⁴, qui contrariam opinionem Fernandez merito laxam vocat. — Et idem praefati auctores dicunt de Confirmatione, *Extrema Unctione et Ordine*.

In Poenitentia autem sufficit illa unio quam exigit actus judicialis, cum inter accusationem et sententiam soleat intercedere aliqua distantia temporis: quamvis in hoc sacramento talis distantia non tanta debet esse, quanta fit in judicio forensi. Dicit autem Croix¹⁵ cum Tamburinio, quod valide absolvitur poenitens post horam a confessione. — In Matrimonio tandem sufficit ea distantia quae ordinarie sufficit in contractibus, ubi satis est ut consensus unius ponatur, dum adhuc consensus alterius moraliter perseverat. — Haec quoad sacramentum Poenitentiae et Matrimonii videntur accepta esse apud omnes.

Quoad alia vero sacramenta, secunda sententia, spectata ratione, videtur mora-

diff. 8. - *Dicast.*, tr. 2, de Bapt., disp. 2, dub. 4, n. 48 et 49. — *Henrig.*, de Sacram., lib. 1, cap. 9, n. 10. — *Villal.*, part. 1, tr. 4, diff. 2, n. 6. — *Jacob.*, de Granado, in 3 P., controv. 3, de Sacram. i. g., tr. 1, disp. 4, n. 4 et seqq. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit. — ¹³ Loc. cit., qu. 3. — *Contin.*, Tourn., loc. cit., punct. 1, v. f. — ¹⁴ Part. 3, tr. 4, resol. 6, i. f. — *Fernand.*, de Heredita, de Sacram. in gen., part. 6, dub. 1, n. 8. — ¹⁵ Lib. 6, part. 1, n. 8. — *Tamb.*, lib. 1, de Sacram. in gen., cap. 1, § 1, n. 5 et 6.

enim prius verba quam materia adhibeatur sunt preferenda, nec etiam post. Unde qui post aquae effusionem verba subjungeret, vel ante proferret, non baptizaret, quamvis non sit necessaria mathematica vel physica simultas, ut in eodem instanti materia et forma incipiunt; sat est moralis simultas. Unde licet post unam vocem emissam aqua infundere vel ante, non esset inconveniens».

^{d)} Contin. Tournely loquitur de interpolatione unius *Pater et Ave*. — Atvero S. Off., in sua Instructione de die 2 Maii 1858 ad vicarium apostolicum Abyssiniae, declarat invalidum vel certe dubium Baptismum in quo,

liter certa; sed in praxi, prima ut tutor consulenda est^{e)}. — Hinc merito ait Lugo¹ minime peccare sacerdotem, qui ad maiorem sui animi quietem iterum se faceret ordinare sub conditione.

10. — « Unde resolves:

« 1º. In Baptismo, Confirmatione, Unione et Ordine requiritur talis conjunctione, ut dum minister verba pronuntiat, moraliter censeatur etiam lavare, etc.

« 2º. In Poenitentia absolutio satis diu potest differri, sicut in iudiciis, sententia post examen causae ». — [Vide dicta mox, n. 9].

« 3º. In Matrimonio unius consensus potest alterius consensum tamdiu sequi, quamdiu hic moraliter permanere censetur: sicut in aliis contractibus. — Vide Coninck².

^{e)} Mutatio substantialis invalidat sacramentum.

11. — « Resp. IIº. Ut valeat sacramentum, non debet fieri substantialis, seu essentialis mutatio materiae vel formae; accidentalis vero mutatio, etsi saepe illa sit, non tamen invalidum facit sacramentum. — Porro substantialis mutationis materiae dicitur, quando secundum communem usum et aestimationem honestum, differt nomine et re ab ea quam Christus praescripsit. Accidentalis dicitur, quando cum ea eundem retinet usum et nomen. — Formae mutationis est, quando non manet idem sensus; accidentalis, quando manet. — Laymann³ ex communi.

¹ Resp. mor., lib. 1, dub. 33, n. 3. — ² Qu. 60, n. 40, v. f. — ³ Lib. 5, tr. 1, cap. 4, n. 4. — ⁴ Tr. 1, cap. 4, n. 66, i. f. — ⁵ Disp. 1, de Sacram., qu. 2, punct. 4. — ⁶ Disp. 4,

completa jam omnino ablutione, forma prouuntietur, vel contra, absoluta prolatione formae, ad ablutionem procedatur. Praecipitque Baptismum esse sub conditione iterandum ubicumque materia et forma fuerint distincte et perfecte una post alteram adhibitae.

^{e)} Doctrina haec (quamvis in Examine Ordinandorum, n. 6, et in Confessore directo, cap. 13, n. 3, S. Alphonsus contrarium tenuerit), confirmata est pro Ordinis sacramento a S. R. et U. I., quae plures, et signanter die 12 Sept. 1877, 17 Mart. 1897, 30 Novembr. et 14 Decembr. 1898, validas declaravit quasdam ordinationes, in quibus moralis dumtaxat simultas inter materiam et formam adfuerat.

« Unde resolves:

« 1º. Nullum est sacramentum » [Eucharistiae], « si materia cruda consecretur, sive haec differat specie substantiali a pane sive non; quia communiter non censetur aut dicitur panis. — Item, si aquae artificiales adhibeantur in Baptismo; quia non habent communem usum et nomen aquae elementaris, esto physice sive specie non discrepent. Vide infra de Baptismo.

« 2º. Valet sacramentum, etsi aqua Baptismi sit calida, etc. — Item, si panis eucharisticus sit ater, fermentatus, etc.

« 3º. Defectu formae, sacramentum est nullum: 1º. Si litterae aliquae mutentur variantes sensum, quod facile fit in initialibus, v. gr. *In nomine matris*, *militi*, etc. — 2º. Si magna fiat interruptio verborum, ita ut moraliter non videantur cohaerere^{a)}. — 3º. Si forma divisim pronuntietur, v. gr. unus dicat: *Ego te baptizo*; alter: *in nomine Patris*, etc.; quia erunt duae formae imperfectae et sensus falsus. — *Filliuccius*⁴; vide Bonacina⁵.

Nota hic prop. 27, damnatam ab Alessandro VIII: *Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: In nomine Patris, etc., praetermissis illis: Ego te baptizo*.

« 4º. Forma valet, etsi non liceat: 1º. Si omittas voces non essentiales, v. gr. *Ego et Amen* in Baptismo^{b)}; *Enim* in forma Eucharistiae. Bonacina⁶ ex Suarez, etc.

— 2º. Si quid addas, v. gr. *In nomine de Euch.*, qu. 3, punct. 1, n. 9 et 10; cfr. disp. 2, de Bapt., qu. 2, punct. 4, num. 11 et 16. — *Suar.*, disp. 21, sect. 2, v. *Dico 2*; et disp. 59, sect. 1, v. *Dico 3*.

Consecratio pro mutatione materiae.

Pro mutatione formae.

II. — a) S. Alphonsus, in Exam. ordinandor., cap. 1, n. 8, scribit: « Interrupcio formae, si est modica, non officit valori sacramenti. Secus, si talis sit, ut verba non constituant unum sensum ».

b) Quidquid dicat Busenbaum, nullum est peccatum omittire vocem *Amen*; plane enim deest in Rituali Romano, *Ordo Baptismi*, ubi habetur forma hujus sacramenti; et S. R. C. de hoc interrogata, respondit strictim servandum esse Rituale Romanum. Vide decreta Authent., S. R. C., n. 3014, ad 2. Fattendum tamen est reperiri in pluribus antiquis Ritualibus hanc vocem *Amen*; ita apud eos sunt: *Agenda S. Coloniensis Ecclesiae Coloniae* 1614, fol. 32, ubi habetur forma

« Patris, qui te creavit, etc. — 3º Si substi-
- tuas synonyma, v. g. *abluo*, pro *baptizo*. » [Ita S. Thomas ^{c)}]. — « Si tantum trans-
- ponas, ut: *Hoc meum est corpus; Te ego*
- *baptizo*. — 5º Si verba corrumpas ob-
- praecipitantiam et balbutiem, v. gr.:
- « *Hoc est corpus meus*, vel: *Hic est*
- *enim calis meus*. — 6º Si interruptio-
- fiat parva, v. gr. *Ego te baptizo*, et in-
- terponat: *Ista aqua est nimis frigida*,
- « vel: *Custos, verte folium. In nomine*
- « *Patris, etc.* — *Filliuccius*¹; vide Bon-
- a cina ² ». [Idem docent Lugo ³, Ronca-
- glia ⁴ cum Tamburinio].

Tussis autem inter syllabas verborum formam invalidat, nisi sit momentanea. Roncaglia ⁵ cum Tamburinio; Leander ^{d)} apud Croix ^{d)}. — Tussis vero longa, puta per medium quadrantem, inter verba certe invalidat formam. Croix ⁶ cum Tamburinio et Sporer.

Quaenam autem in singulorum sacramentorum materia et forma mutatio sit substantialis aut accidentalis, vide infra, ubi de his singulatim agemus.

12. — Quaeritur: *an materiae et formae omnium sacramentorum fuerint a Christo Domino in specie determinatae?* — Certum est Christum in specie determinasse materiam et formam *Baptismi* et *Eucha-ristiae*.

¹ Tr. 1, cap. 4, num. 65, v. *Dico* 2. — ² Disp. 1, de Sacram., qu. 2, punct. 1, num. 23. — ³ De Sacram. i. g., disp. 2, n. 11. — ⁴ Tr. 16, cap. 3, qu. 4, resp. 1. — *Tamb.*, lib. 1, de Sacram. in gen., art. 1, § 1, n. 10. — ⁵ Loc. cit. — *Tambur.*, loc. cit., n. 15. — ⁶ Lib. 6, part. 1, n. 33, (ubi de consecratione loquitur, sicut et auctores allegati). — *Tambur.*, loc. cit., num. 10. — *Spor.*, part. 1, cap. 2, num. 98. — ⁷ Controv. de Sacr. Ordinis, cap. 9, i. f. — ⁸ Tr. 1, cap. 4, n. 48. — ⁹ Loc. cit., n. 86. — ¹⁰ De Sacram. i. g., num. 7 et 10.

Baptismi absoluta; Rituale Romanum (Venetiis, apud Juntas 1651), fol. 32 et 33, ubi habetur forma conditionata; *Sacerdotale ad consuetudinem S. Romanae Ecclesiae, etc.* (Venetiis ap. Juntas 1579), in quo ubique, scilicet quatuor vicibus, repetitur forma *Baptismi* cum additione verbi *Amen*.

^{c)} S. Thomas loquitur in universum de mutationibus in forma sacramentorum, ne-gans confici sacramentum, si debitus sensus tollatur; affirmans vero illud confici, si debitus sensus remaneat.

^{d)} Leander a SS. Sacramento citatur a Croix, lib. 6, part. 1, n. 33, ut qui, de *Bapt.*, disp. 3, qu. 38, simpliciter dicat interruptio-

Dubium igitur vertit *quoad alia sacra-menta* ^{a)}.

Prima sententia probabilis negat. Et hanc tenent Bellarminus ⁷, Salmant. ⁸, Lugo ⁹, Holzmann ¹⁰, Croix ¹¹; item S. Bonaventura, Alensis et Morinus, apud Juenin ¹². — Ratio unica hujus sententiae est diversitas Ecclesiae graecae et latinae in administratione aliorum sacramentorum, praesertim in Ordine. In Ecclesia enim graeca presbyteratus et diaconatus conferuntur per solam manuum impositionem; in latina vero, praeter manuum impositionem requiritur traditio rerum; ut habetur in decreto Eugenii IV ad Armenos (relato apud Croix ¹³), ubi sic habetur: *Sextum sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur Ordo; sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, et patenae cum pane por-rectionem; diaconatus vero, per libri Evangeliorum dationem; subdiaconatus vero, per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem; et similiter de aliis, per rerum ad ministeria sua pertin-entium assignationem.*

Secunda vero sententia probabilior affirmit omnes materias, et quoad sub-stantiam etiam formas sacramentorum fuisse in specie a Christo determinatas. — Hanc tenent Juenin ¹⁴, Concina ¹⁵, Auctor

Probabiliter, non in aliis sacra-mentis.

n. 11. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 2135. — *S. Bonav.*, in 4, dist. 7, art. 1, qu. 1 et 2. — *Alens.*, Sum., part. 4, qu. 9, membr. 1, resol.; et qu. 5, membr. 3, art. 2. — *Morin.* de Administr. Poenit., lib. 8, cap. 17. — ¹² Inslt. theol., part. 8, dissert. 1, qu. 4, cap. 2, not. 3. — ¹³ Loc. cit., n. 2128. (Cfr. apud Labbe, tom. 18, col. 550 Decretum ad Armenos. — ¹⁴ Inslt. theol., part. 8, dissert. 1, qu. 4, cap. 2, conclusio. — ¹⁵ Lib. 1, de Sacram. in gener., cap. 5, num. 7 et 10.

nem ex tussi, etc., fore mutationem accidentalem. At revera, Leander, loc. cit., loquitur de tussi momentanea; quaerit enim *an va-lide baptizet si quis, postquam dixerit Ego te bap-*, propter unam tussim aut propter respirationem, etc., *paulatim* quiescat, deinde addat — *tizo in nomine Patris, etc.*». Et respondet aequae probabiliter affirmari.

12. — ^{a)} Non omnes hic citati auctores loquuntur de omnibus sacramentis, exceptis Baptismo atque Eucharistia; sed alii, de Ordine tantum, ut Bellarminus, Salmant., Lugo; Croix addit Extremam Unctionem; S. Bonaventura loquitur de Confirmatione; Holzmann denique asserit materiam Poeni-

Probabiliter, etiam in aliis sa-
- cramentis.

Difficultus satis-
- fit.

Petrocorensis ¹, Habert ^{b)}, Merbesius, Continuator Tournely ², et alii plures cum D. Thoma ³, qui non potest negari esse pro hac sententia; siquidem hanc tradit rationem: *Quia ergo sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctificantis, non pertinet ad hominem suo iudicio assu-mere res quibus sanctificetur; sed hoc debet esse ex divina institutione deter-minatum. Et ideo in sacramentis novae legis, quibus homines sanctificantur, secundum illud I. Cor. vi: Abluti estis..., sanctificati estis, oportet uti rebus ex divina institu-tione determinatis.* — Nec S. Doctor explicari potest de determinatione in genere quae possit per diversa signa signifi-car; nam ⁴ expresse docet oppositum, dicens: *Etsi idem potest per diversa signa significari* (en qualis esset determinatio in genere), *determinare tamen quo signo sit utendum* (en determinatio in specie) .., *pertinet ad significantem; Deus autem est qui nobis significat spiritualia.*

Circa autem diversitatem Ecclesiae graecae et latinae, praesertim (ut diximus) in sacramento Ordinis, respondetur, traditionem instrumentorum non esse materiam essentialiem, sed tantum accidentalem, etsi integralem.

Ad decretum vero Eugenii respondet Habert illud editum fuisse soluto concilio; sed haec responsio nihil valet: jam enim satis probavimus Lib. I, ex n. 110, decreta Pontificum esse per se infallibilia. Congruentius itaque respondetur cum Mer-

¹ Lib. 1, tr. 1, de Sacram. i. g., cap. 3, qu. 3. — *Merbes.*, Sum., de Ordine, qu. 52, v. *Respondeo*. — ² De Sacram. i. g., cap. 2, art. 2, sect. 1, punct. 2, concl. 2. — ³ P. qu. 60, art. 5. — ⁴ Loc. cit., ad 1. — *Habert*, loc. cit., resp. 4,

tentiae, Ordinis et Matrimonii, formam vero Ordinis et Matrimonii, quoad genus tantum a Christo fuisse determinatas.

^{b)} Habert de materia sacramentorum plane concordat, de Sacram. i. g., cap. 7, resp. 4; de forma autem non sic: « *Certum est, in-quit, loc. cit., resp. 3*, aliorum quinque sacra-mentorum [praeter Baptismum et Eucha-ristiam] non ita determinatas fuisse, sed Christum reliquiae Ecclesiae determinandum..., modo per ea [verba] sufficienter exprime-rent effectus illorum sacramentorum ».

^{c)} Merbesius, loc. cit., qu. 52, v. f., negat quidem concilium definiisse tamquam dogma catholicum preceptionem instrumentorum esse

versio ^{c)}, Concina et Tournely, quod Eugenius non quidem determinavit materiam essentialiem Ordinis, sed solum voluit Armenos instruere de omni rito Ecclesiae Romanae, cujus unionem illi ambiebant. — Dices: Eugenius non loquitur de ritu, sed expresse de materia; et sicut in aliis sacramentis materiam essentialiem assi-gnat, sic in isto de Ordine, dicens: *Sextum sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud per cuius traditionem confertur Ordo.* Respondeo: Si hoc esset verum, sequeretur quod etiam esset certum quemlibet minorum ordinum esse sacramen-tum; sed ipsi Salmant. cum Soto, Na-varro, Vasquez, dicunt oppositum esse probabile ^{d)}: idque probabilius esse probabimus infra n. 737, cum ordines mi-nores etiam ab abbatibus conferantur. — Nec valet dicere cum Vasquez, Majore et aliis, apud Palaum ^{e)}, quod in eodem decreto Eugenii episcopus vocatur mini-ster ordinarius sacramenti Ordinis: ergo (ut ajunt) possunt ex privilegio etiam alii quam episcopi esse ministri hujus sacra-menti. Nam respondetur quod si hoc esset, etiam presbyteratus posset aliquando con-ferria non episcopo: sed hoc communiter rejicitur, quidquid dicat Vasquez ^{e)}. — Unde dicendum quod Eugenius, cum no-minavit ministrum ordinarium, utique intellexit loqui in subjecta materia se-cundum sensum doctorum et constan-tem Ecclesiae traditionem, ut ait Tour-ney ^f, nempe quod privative ad episcopum

v. Dices 4. — *Concina*, loc. cit., num. 9. — *Cont. Tourn.*, de Confirm., cap. 3, art. 2, concl. 2, obj. 2, resp. 2; cfr. de Ordine, p. 1, cap. 4, art. 1, obj. 1, post concl. 5. — ⁵ Prae-dict., de Sacram. Ordinis, qu. 4, art. 2, obj. 1, adv. 2nd concl.

veram, essentialiem et unicam materiam; sed ait locutum fuisse juxta communem consuetudinem et modum quo passim omnes vocant sacramentorum materiam, sive accidentalis, sive essentialis sit.

^{d)} Seu rectius: Salmant., tr. 8, de Ordine, cap. 1, n. 12 et 13, pro sententia quae negat ordines minores esse sacramenta, adducunt Sotum, in 4, dist. 24, qu. 1, art. 4, concl. 7; Navar., Man., cap. 22, n. 18, v. *Quare*; Vasq., disp. 237, cap. 2; qui revera ita tenent. Sed ipsi Salmant., n. 14, absolute tenent omnes ordines tam maiores quam minores habere veram rationem sacramenti.

^{e)} Vasquez, disp. 243, cap. 4, ita sane

spectat conferre ordinem presbyteratus et diaconatus; reliquos vero inferiores, utpote non sacramenta, posse aliis committi.

Hinc censetur Eugenius, loquendo de sacramento Ordinis, non omnia dogmatice

asseruisse, sed in pluribus se accommodasse ad communem loquendi modum, quo res in septem ordinibus adhibitae, utpote discrimen uniuscujusque ordinis expressius significantes, communiter vocantur materiae sacramentorum.

loquitur in aliorum opinionibus quas exponit, ipse vero concludit: «Judicium autem lectori relinquere visum est». — Major a Palao adducitur pro opinione dicente diaconatus et subdiaconatus collationem posse probabiliter simplici sacerdoti committi; quam sane opinionem Major, *in 4, dist. 7, v.* Secundo ar-

guitur, *v. f.*, refert ex privilegio quod dicunt quibusdam concessum; sed postquam rationes contrarias exposuit, his verbis concludit: «Tutius est igitur ordines accipere ab episcopis et non ab abbatibus». — Solus Palau argumentum petit ex Eugenii decreto.